

Mesphe in tribu Benjamin: nos cum aliis in utriusque tribus confinio.  
 MASPFA, Iudic. 10. v. 17. Vide Masphe. Significat hæc vox *speculam*: ex quo intelligimus, omnes istas *Maspfas* in edito aliquo loco fuisse.  
 MASPETH, 1. Reg. 7. v. 5. & sæpius. Vide Masphe 3.  
 MASPHE, Iosue 13. v. 26. urbs tribus Gad.  
 MASRECA, Gen. 36. v. 36. & 1. Paral. 1. v. 47. urbs in Idumæa, natalis Semla regis Idumæorum.  
 MASSA, LXX. in quibusdam Codicibus, Iosue 18. v. 26. Vide *Amsa*.  
 MATHANA, 1. Paral. 11. v. 43. Sita est in Arnone, duodecimo milliario procul, contra Orientalem plagam *Medebat*. S. Hier. in locis Hebraicis. *Medebat* autem eadem est cum *Medaba*.  
 MATTHANA, Num. 21. v. 18. & 19. Statio filiorum Israël in deserto.  
 MECHMAS, 2. Esdræ 11. v. 31. Vide *Machmas*.  
 MECHERA, 1. Paral. 11. v. 36. Inde nomen patronymicum *Mecherathites*; obscurus est aliquis vicus, cuius alibi nufquam sit mentio.  
 MEDABA, Num. 21. v. 30. vocatur autem 1. Mach. 9. v. 36. & 37. *Madaba*. Fuerat olim civitas Moabitarum trans Iordanem, ac tandem Rubenitarum, Iosue 13. v. 16. cum tota illa planitie & campestribus; quæ ad illam ducebant, quæ ob id *planities Medaba*, vel *campestris Medaba* appellatur, Iosue 13. v. 9. & 16. quæ Bonfr. non alia censet esse, quam quæ alibi *campestris Moab* appellantur. Denique *Medaba* iterum Moabitarum effecta est, ut ex *Isaia* 15. v. 2. colligi potest.  
 MEDDIN, Iosue 15. v. 61. urbs in tribu Iuda.  
 MEDEMENA, Iosue 15. v. 31. urbs in tribu Iuda, cuius meminit *Isaia*, cap. 10. v. 31. & de qua dicit Hier. quod suo tempore esset oppidum *Menois*, iuxta civitatem Gazam.  
 MEDENA, 1. Esdræ 6. v. 2. Vide *Media*.  
 MEDIA, Ierem. 51. v. 28. regio, quæ *Asiæ* partem, & quandoque *Asiæ* imperium obtinuit, quod de post ad Persas devenit, ac tandem ad Græcos devolutum est. Eius sit mentio 1. Esdræ 6. v. 2. sub nomine *Medena Provincia*. Eandem autem esse *Mediam* cum *Medena*, probatur tantisper ex *Echatarana*, quæ secundum Iudith 1. v. 1. verisimilius fuit in *Media*, & quam dicit *Eldras* fuisse in *Medena Provincia*. Item 1. Esdræ 6. v. 2. in Hebræo est *מדי* *Madai*, quod *Mediam* significare, certum est.  
 MEELEPH, LXX. Iosue 19. v. 33. Vide *Heleph*.  
 MEIARCON, Iosue 19. v. 46. urbs in tribu Dan. Significat vox *aquas Iarcon*.  
 MELITA, Act. 28. v. 1. insula maris Mediterranei, è regione Sicilia, quæ hodie *Maliba* vocatur.  
 MELLO, 2. Reg. 5. v. 9. non est urbs hic, sed vorago inter montem *Moria* & montem *Sion*; vel potius est pars montis *Sion*. Unde quæcumque in historia Davidis ac Salomonis de *Mello* dicta sunt, ea ad voraginem sive partem urbis spectant, quæ est inter superiorem & inferiorem urbem.  
 MELLO DOMUS, 4. Reg. 12. v. 20. in descensu *Sella* inter montem *Moria* & montem *Sion*.  
 MELLO, Iudic. 9. v. 6. oppidum iuxta *Sichimitas*.  
 MELOTHI, Iudith 2. v. 13. cum proximè ante in eodem capite mentio fiat montium, qui sunt à sinistro *Cilicia*, & proximè post mentio fiat filiorum *Tharsis*, qui secundum opinionem plurium sunt *Cilices*, quandoquidem in *Cilicia* urbs sit *Tharsus*, hinc videtur *Melothi* esse urbs *Mallus*, cum Scriptura *Tharsenses* & *Mallotas* coniungat, 2. Mach. 4. v. 30. Reflexio est Nicol. Sanfon, ac Bonfr. *MEMPHIS*, *Isaia* 19. v. 13. aliquamdiu dimidiæ, ut testatur Nicol. Sanfon, dein totius *Ægypti* Metropolis fuit. In Hebræo *מִצְרַיִם* *Noph* appellatur. Non omnino cum *Cairo*, moderna *Ægypti* Metropoli coincidit; cum *Cairus* sit in Orientali Nili parte, & *Memphis* ab Occidua eiusdem fluminis ripa fuerit, cuius nunc ruinas tantum ostendunt. Meminerunt huius, varii Prophetæ, uti ultra *Isaia*, *Ieremias*, *Ezechiel*, & *Osee*.  
 MENNI, Ierem. 51. v. 27. Quænam sit natio, obscurum est.

Asiaticum fuisse populum, ex adiunctis illic, satis videtur colligi.  
 MENNITH, Iudic. 11. v. 33. videtur urbs esse constituenda in regione Ammonitarum, quod inter alia ex eo colligit Bonfr. quia urbs altera, cuius ibidem sit mentio, scilicet *Abela vinearum*, esset in regione Ammonitarum: præterea, nusquam tutius fugere poterant Ammonitæ, quam in regionem suam, quæ prælii loco vicina erat. Ætate S. Hier. ostendebatur villa *Mannish*, in quarto lapide Esbus, pergentibus *Philadelphiam*.  
 MEPHAATH vel MEPHAAT, urbs trans Iordanem, in tribu Ruben, Iosue 13. v. 18. eademque Leviticis urbibus annumerata, Iosue 21. v. 36. & 1. Paral. 6. v. 79. Postea tamen iterum in Moabitarum ditonem devenit, ut indicat *Ieremias* cap. 48. v. 21. Aliqui confundunt cum *Maspha* 2.  
 MERALA, Iosue 19. v. 11. locus in confinio tribus Zabulon & Afer.  
 MEROM, Iosue 11. v. 5. & 7. Vide *Aque Merom*.  
 MEROME, Iudic. 5. v. 18. ubi legimus, in regione *Merome*, quod alii appellativè vertunt, *super altitudines agri*. Significat autem planitiem illam, quæ est in vertice montis *Thabor*, iuxta quem suum exercitum divino iussu *Barac* adversum *Sisaram* pugnaturus, duxerat.  
 MERONATH, unde patronymicum nomen *Meronathites*, 1. Paral. 27. v. 30. & 2. Esdræ 3. v. 7. locus obscurus, cuiusmodi sunt multi vici & villæ, quæ nusquam nominantur, & unde nomina patronymica ducuntur.  
 MEROZ, Iudic. 5. v. 23. urbis aut provincie nomen, iuxta montem *Thabor*.  
 MERRHA, *Baruch* 3. v. 23. urbis nomen videtur esse in Arabia *Petræa* vel *Deserta*. Nota quod in quibusdam Codicibus, loco *negotiatoris Merrha*, & *Theman*, legatur, *negotiatoris terre*, & *Theman*.  
 MESOPOTAMIA, Gen. 24. v. 10. & pluries, regio inter duo flumina *Euphraten*, & *Tigrin* inclusa, unde & nomen accepit: unde & Hebræis dicitur אֲרָם נְהַרַיִם *Aram Naharaim*, quod idem est ac *Syria duorum fluviorum*.  
 MESPHE, Iosue 18. v. 26. Vide *Maspha* 3. loco.  
 MESSA, Gen. 10. v. 30. non alia videtur esse *Bonfrerio*, quam *India*. Itaque *Messa* est locus citerior, & terminus *Indiæ Occidentalis*: *Sephar* verò mons, de quo ibidem, terminus *Orientalis*. Iuxta *Brochardum* est portus *Arabie Felicis* satis notus, prout & *Sephar* urbs, à qua *Climax*, mons proximus, etiam nomen *Sephar* habuit.  
 MESSA DOMUS, 4. Reg. 11. v. 6. *Calmet* confundit cum *Musach*, 4. Reg. 16. v. 18. & *Isaia* 22. v. 8. & explicat quod sit tribunal æneum iussu *Salomonis* constatum & in templo collocatum, quod ipse diebus solemnioribus ascendere consuevit, 2. Paral. 6. v. 13.  
 MESSAL, Iosue 19. v. 26. Vide *Masal*.  
 METHCA, Num. 33. v. 28. & 29. mansio filiorum Israël in deserto.  
 MILETUS, Act. 20. v. 15. urbs est in littore *Asiæ*, non procul *Epheso*.  
 MILETUS, 2. Tim. 4. v. 20. civitas in insula *Creta*, eademque insignis ac antiquitate prior *Asiaticâ*.  
 MISOR, Iosue 21. v. 36. ubi finè medio commate legendum est: in solitudine *Misor*. Igitur, ut patet illic ex numero civitatum, non potest esse nomen proprium civitatis, sed tantum nomen proprium solitudinis: vel potius debet appellativè fumi, sic ut in solitudine *Misor* idem sit, ac in solitudine *planities*. Fatemur quod LXX. vocem hanc instar nominis proprii servant. Interim tota hæc planities, quæ aliter dicta est *Campestris Moab*, vel *Campestris Medaba*, fuit in ditone *Sehon* regis, ac postea tota cecidit in sortem tribus *Ruben*.  
 MISPHAT, Gen. 14. v. 7. fons, qui & *Cades* illic appellatur; ac *Fons Mispbat*, idem significat quod *fons iudicii*. Ratio autem nominis eruitur ex historia, Num. 20. v. 9. & seqq. Vide *Cades*.  
 MITYLENE, *Ador*. 20. v. 14. Metropolis in *Lesbo* insula.  
 MOAB, Num. 21. v. 13. tota regio *Moab* dicitur, & prima-

maria eius regionis civitas. Hæc, ætate S. Hier. *Arcopolis* dicebatur, ipsoque fatente, in locis Hebraicis, quasi proprium vocabulum possidet *Rabbah Moab*, id est *grandis Moab*. Huius urbis, sub nomine *Rabba*, videtur fieri mentio in Scriptura, Iosue 13. v. 25.  
 MOCHONA, 2. Esdræ 11. v. 28. urbs filiorum Iuda.  
 MODIN, 1. Mach. 2. v. 1. & pluries. Hanc, non vicum, sed civitatem in monte positam, S. Scriptura indicat in libris *Machabæorum*. In tribu *Dan* eam reponit *Adrichom*, & simul in monte *Iuda*; fortè ex eo, quod posterioribus temporibus tribus *Daniticæ* & *Simeonicæ* loca, *Iudææ* appellatione venerint.  
 MOLADA, Iosue 15. v. 26. urbs attributa tribu *Iudææ*, postea *Simeonitis* data, Iosue 19. v. 2. & 1. Paral. 4. v. 28. post captivitatem *Babylonicam* iterum inhabitata à filiis *Iuda*, 2. Esdræ 11. v. 26.  
 MOLATHI, 2. Reg. 21. v. 8. inde dicitur *Hadrîel Molathita*, 1. Reg. 18. v. 19. Hanc in tribu *Simeon* collocat *Adrichom*. sed finè urgente fundamento. *Bonfrerius* autem ponit eam in tribu *Manasse* cis *Iordanem*, & confundere conatur cum *Abelmehula*. Interim nihil eruitur certi.  
 MONS ABARIM, Num. 27. v. 12. Vide *Abarim*.  
 MONS AMALEC, Iudic. 12. v. 15. in tribu *Ephraim*: undenam autem sic vocetur, incertum est.  
 MONS ANTLIBANUS, LXX. & S. Hier. Vide *Antilibanus*.  
 MONS CALVARIÆ, *Matth.* 27. v. 33. Vide *Calvaria Mons*.  
 MONS CARMELUS, 3. Reg. 18. v. 42. Vide *Carmelus*.  
 MONS CHRISTI, *Matth.* 5. v. 1. in hoc *Christus* oravit, & duodecim *Apostolos* elegit. Eum, montem *Christi* appellat *Nic. Sanfon*.  
 MONS CONVALLIS, Iosue 13. v. 19. idem cum monte *Abarim*.  
 MONS DOMINUS VIDEBIT, Gen. 22. v. 14. Vide *Mons Moria*.  
 MONS EPHRAIM, Iosue 17. v. 15. & sæpius; totam ferè illam provinciam occupant montes illi, exceptis locis ad Orientem *Iordanis*, & aliis ad Occidentem maris *Mediterranæ* sitis.  
 MONS EPHRON, Iosue 15. v. 9. in confiniis tribus *Iuda* ac *Beniamin*. Putat *Bonfr.* *Ephron* esse nomen viri, ex quo fortè monti nomen adhaerit.  
 MONS EXCELSUS, *Matth.* 4. v. 8. & *Luc.* 4. v. 5. in quem *diabolus* *Christum* assumpsit & tentavit. Putatur non longè *Gericho*, *Septentrionem* versus, fuisse.  
 MONS GAAS, Iosue 24. v. 30. Vide *Gaas*.  
 MONS GADGAD, Num. 33. v. 32. & *Deut.* 10. v. 7. in solitudine.  
 MONS GALAAD, Gen. 31. v. 21. Vide *Galaad*.  
 MONS GARIZIM, Iudic. 9. v. 7. Vide *Garizim*.  
 MONS GELBOE, 2. Reg. 1. v. 21. Vide *Gelboe*.  
 MONS HEBAL, Iosue 8. v. 30. iuxta *Garizim*.  
 MONS HERMON, Iosue 11. v. 3. ultra *Iordanem*, & iuxta *Libanum*.  
 MONS HOR, Num. 20. v. 22. Vide *Hor*.  
 MONS HOREB, *Deut.* 1. v. 2. Vide *Horeb*.  
 MONS LIBANUS, *Deut.* 3. v. 25. Vide *Libanus*.  
 MONS MORIA, 2. Paral. 3. v. 1. in huius montis vertice templum *Salomicum* insidebat. Varii putant hunc montem immolando *Isaaco* designatum fuisse à Deo, Gen. 22. v. 2. & 14.  
 MONS NEBO, Num. 32. v. 3. est mons, vel pars montium *Abarim*, in qua mortuus est *Moyfes*, *Deut.* 34. v. 1. & 5. Vide vocem *Nabo*.  
 MONS OLIVARUM, *Zachar.* 14. v. 4. & frequentius; aliàs vocatur *Mons Olivæ*, *Matth.* 21. v. 1. & sæpius. Alio nomine *Mons scandalis* dicitur, teste *Calmet*. Sabbati itinere aberat *Ierusalem*, id est, iuxta *Ioseph*. quinque vel sex stadiis. Inter hunc montem & urbem interiacebat vallis *Cedron*. Dicebatur autem mons *Olivarum*, à copia *Olivarum* in hoc monte crescentium. Ex huius cacumine *Christus* in cælum gloriosus ascendit, ut patet ex *Act.* 1. v. 9. & 12.  
 MONS PHASGA, *Deut.* 3. v. 17. & sæpius; est vertex montis *Nebo*, unde est idem cum eo.  
 MONS PHOGOR, Num. 23. v. 28. videtur fuisse iugum unum montium *Abarim*; quod & *Iosue* 13. v. 20. *Bethphogor* seu fanum *Phogor*, ab *Idolo* quod illic in monte vel urbe colebatur, dicitur.  
 MONS SAMARIÆ, 3. Reg. 16. v. 24. in Hebræo passim dicitur *Somerom*.  
 MONS SEIR, Gen. 14. v. 6. & sæpius; videtur mons esse in *Idumæa Orientali*, ubi habitavit *Esau*, & *Idumæi* posterius eius, priusquam in *Idumæam* Australem commigrarent, Gen. 32. v. 3. & cap. 33. v. 14. Sic vocatum esse ab *Esau*, supra modum est verisimile. Videtur fuisse pars montis *Galaad*; vel pars regionis sitæ ad radices illius montis.  
 MONS SELMON, *Psal.* 67. v. 15. non longè à *Sichem*, ut indicat *historia*, *Iudic.* 9. v. 48. & 49.  
 MONS SEMERON, 3. Reg. 16. v. 24. sic passim in Hebræo vocatur; in eo erat *Samaria*, quæ postmodum *Sebaste* est appellata.  
 MONS SEMERON, 2. Paral. 13. v. 4. qui quamvis cum superiori monte in *Samaria*, ac etiam in tribu *Ephraim* collocetur; tamen in Hebræo per distinctam descriptionem omnino distinguitur: quippe *Somerom*, in quo condita est *Samaria*, scribitur per ש, appellaturque שְׁמֶרֶן *Somerom*; & hic mons scribitur per צ, diciturque צְמַרִים *Tzamaraim*.  
 MONS SEPHAR, Gen. 10. v. 30. in extrema ad Orientem *India*, qui fuit *Orientalis* terminus habitationis filiorum *Israhel*.  
 MONS SEPHER, Num. 33. v. 23. & 24. in deserto, in quo fuit una mansio.  
 MONS SINA, *Act.* 7. v. 38. & alibi. Vide *Mons Sinai*.  
 MONS SINAI, *Exod.* 19. v. 11. S. Hier. in locis vult montem hunc *Dei* in regione *Madian*, eundem esse cum monte *Horeb*, à quo, etiam in aliorum sententia, non nisi distincto colle separatur. Erat in deserto *Arabie Petrææ*, ad Austrum totius *Iudææ*, à quo tota circumiacens regio deserta, *Desertum Sinai* appellatur. Mons hic ob illustrem illam apparitionem in rubo ardente, *Exod.* 3. v. 2. & seqq. ob prodigiosam ex hoc monte dationem *Decalogi*, *Exod.* 20. & alia præclara, in Scriptura est maxime celebris.  
 MONS SION, *Psal.* 2. v. 6. in Australi plaga urbis *Ierusalem*, in cuius Occidentali parte *Ierusalem* arx, & postea civitas *David* fuit.  
 MONS SION, *Deut.* 4. v. 48. qui est & *Hermon*. In extremis finibus regionis *Trans-Iordanicæ* ad *Aquilonem*. Verum inter hos duos montes, etsi versio nostra quoad descriptionem non distinguit, est tamen in Hebræo non parva distinctio; prior enim, seu mons *Hierosolymitanus* צִיּוֹן *Tzion*, alter verò trans *Iordanem* מִצְרַיִם *Sion* appellatur.  
 MONS THABOR, Iudic. 4. v. 6. mons in tribu *Zabulon*, ac in confinio tribus *Issachar*, ut patet ex *Iosue* 19. v. 22. Mons supra modum amœnus, cum insigni in vertice planitie, in qua *Barac* conficturus cum *Sisara*, suas copias collegit, *Iudic.* 4. v. 12. & ad cuius radices postea ipse de *Sisara* victoriam reportavit, *Iudic.* 4. v. 14. & seqq. Mons in cuius vertice *Christus* transfiguratus est, *Matth.* 17. v. 1. & 2. & *Marc.* 9. v. 1.  
 MONTANA IUDÆÆ, *Luc.* 1. v. 65. sunt montes in tribu *Iuda*, qui continuo tractu procedunt, quos *Adrichom* dicit iuxta *Emaus*, diei itinere ab *Hebron*, terminari. In hisce montibus plures sitæ fuerunt civitates, prout etiam illa, in qua *Zacharias* & *Elisabeth* habitaverunt, quæ verisimilius fuit *Iether*.  
 MONTES ÆTERNI, *Psal.* 75. v. 5. & *Colles æterni* insinuantur *Gen.* 49. v. 26. & *Deut.* 33. v. 15. *Calmet* iis in locis secundum litteram intelligi vult montes intra civitatem *Ierusalem* & eius pomaria, exsistentes.  
 MONTES ARMENIÆ, Gen. 8. v. 4. super quibus *Arca Noe* requievit.  
 MORASTHI, *Ierem.* 26. v. 18. ipseque *Michæas* *Propheta* initio suæ *Prophetiæ* se *Morasthiten* dicit. S. Hier. autem in proemio in *Michæam* prophetam dicit de *Morasthi*: qui usque hodie iuxta *Eleutheropolim urbem Palestine grandis est vicus*.  
 MORE, apud LXX. *Iudic.* 7. v. 1. vox hæc legitur cum al-

tera coniuncta sc. *Gabaathmore*, quod totum S. Hier. appellativè latinis vocibus expressit; significant enim ambæ voces *collem excelsum*. Qui tamen posteriorem vocem maluit ut propriam sumere, vertunt *collem more*. Fit & in Hebræo mentio Gen. 12. v. 6. & Deut. 11. v. 30. *Elon more*; quod LXX. *quercum excelsum*; & S. Hier. priori loco, *convallē illustrem*; posteriore, *vallem tendentem & intrantem procul*; alii *planitiem more* reddiderunt.

MORIA MONS, &c. 2. Paral. 3. v. 1. Vide *Mons Moria*.

MOSEL, Ezec. 27. v. 19. regio vel emporium, unde negotiatores ad Tyri nundinas confluebant; ubinam autem fuerit, vix divinando, ait Bonfr. assequi possumus.

MOSERA, Deut. 10. v. 6. mansio filiorum Israël in deserto, ubi Aaron mortuus est.

MOSEROTH, Num. 33. v. 30. & 31. mansio filiorum Israël in deserto. Num hic locus sit distinguendus à Mosera, non potest brevibus verbis elucidari.

MOSCOCH, Gen. 10. v. 2. Filius Iaphet; unde gens, quæ secundum quosdam, Cappadocum; secundum alios, Moscovitarum est.

MOSPHEAIM, LXX. Iudic. 5. v. 16. pro quo S. Hier. in nostra versione *duos terminos* dixit; alii *duas caulas*, vel *duo septa*, vel *duos ordines* dixere. In Hebræo est *משפתים* *Mischpethaim*, quod *duo quæpiam ordine disposita* significat. Unde ad loca propria propriè non pertinet.

MURUS FICILIS, Ierem. 48. v. 31. & 36. & sæpius. Urbs in Moabitica regione, eademque apparet regia, quæ à muris coctilibus & lateritiis nomen habuit. Loco *muri ficilis*, vel *muri cocti lateris*, Hebræicè est *קירחרס* *Kircheres*.

MURUS LATISSIMUS, 2. Esdræ 12. v. 37. vel *murus platee latioris*, 2. Esdræ 3. v. 8. vel *paris fuit muri tertii & extimi urbis Ierolimitanæ*.

MUSACH, 4. Reg. 16. v. 18. Vide *Messa Domus*.

MYNDUS, 1. Mach. 15. v. 23. urbs in littore Asiæ, inter Miletum & Halicarnassum.

MYRA, Gr. Actor. 27. v. 5. urbs Lyciæ. Unde loco citato ubi nosser habet *Lystram*, quæ est Lyciæ, Græca ponunt *Myra*, quæ est Lyciæ. Lyltra enim, Lycaoniæ urbs est in mediterraneis; Myra Lyciæ, est ad mare.

MYRIA, Act. 16. v. 7. Asiæ minoris regio.

MYTILENE, Act. 20. v. 14. urbs est in Lesbo insula.

## N

NAALOL, Iosue 19. v. 15. urbs in tribu Zabulon, quæ inter Leviticis numeratur, Iosue 21. v. 35. Ex ea Zabulonitæ pristinos habitatores Chanaanæos non expulerunt, ut patet Iudic. 1. v. 30.

NAAMA, Iosue 15. v. 41. urbs tribus Iuda.

NAAMATH, Iob 2. v. 11. Vide LXX. Terra, vel locus, quem aliqui ponunt in ora maris rubri; alii in Arabia felice; unde *Sophar* dicitur *Naamathites*.

NAARATHA, Iosue 16. v. 7. urbs in tribu Ephraim. Etate S. Hier. erat villula Iudæorum *Naorath* in quinto milliario à Iericho.

NAAS, 1. Paral. 4. v. 12. urbs, quantum colligi potest, in tribu Iuda, quandoquidem ab eo constructa sit, qui erat de tribu Iuda; ut patet ex loco citato.

NAASSON, Tob. 1. v. 1. urbs vel vicus in tribu Nephthali.

NABAIOTH, Isaiæ 60. v. 7. urbs vel regio in regione Ismaelitide. Ita videtur dicta à primogenito Ismaëlis, qui *Nabaioth* dicebatur, Gen. 25. v. 13. & 1. Paral. 1. v. 29.

NABO, Num. 32. v. 38. Isaiæ 46. v. 1. & Ierem. 48. v. 1. & 22. urbs trans Iordanem in tribu Ruben; sic dicta à vicino monte. Verisimilius eadem est, quæ Num. 32. v. 3. dicta est *Nebo*. Etate S. Hier. ostendebatur locus desertus *Nabo*, distans à civitate Ebus milliariibus octo, contra Meridianam plagam.

NABUTHÆI, 1. Mach. 5. v. 25. & cap. 9. v. 35. sunt Ismaelitæ Arabes, quorum pater & patria dicebatur *Nabaioth*. Vide *Nabaioth*.

NACHOR, urbs *Nachor*, Gen. 24. v. 10. iuxta Nicol. Sanson, ipsa est *Haran*, seu *Charan*.

NACHON, area *Nachon*, 2. Reg. 6. v. 6. Vide *Area Nachon*.

NAHALIEL, Num. 21. v. 19. locus iuxta Arnonem, in quo non fuit mansio, sed tantum transitus filiorum Israël.

NAID, S. Hier. in locis Hebraicis, qui Gen. 4. v. 16. in nostra versione appellativè dixit *profugus*. In Hebræo est *נוד* *Nod* quod appellativè significat profugum: unde non est undequaque certum, num à Caini fuga, etiam loco id nomen proprium manserit.

NAIM, Luc. 7. v. 11. Hanc iuxta montem Thabor, & iuxta torrentem Cison, statuit S. Hier. in epitaphio Paulæ; & ut dicit idem in locis, hodie in secundo milliario Thabor montis ostenditur contra Meridiem iuxta Endor.

NAIOTH, 1. Reg. 19. v. 18. & seqq. & cap. 20. v. 1. urbs sive locus in Ramatha, Saulis patria, in quam David fugit cum Samuële. LXX. habent *Navath* vel *Nabath*.

NAPHIS, 1. Paral. 5. v. 19. videntur fuisse populi descendentes à *Naphis* filio Ismaëlis, Gen. 25. v. 15. qui inhabitaverunt Arabiam, vicini tribubus Ruben & Gad.

NAZARETH, Luc. 1. v. 26. Galiliæ inferioris oppidum, in monte edificatum, ut patet ex Luc. 4. v. 29. quod duabus leucis à monte Thabor distans facit Adrichom. tribus Brochardus, nempe versus Aquilonem. Oppidum, quod Christi conceptione & educatione nobile, nunc præter ruinas & incondita mapalia vix quidquam habet, ut referunt ii, qui ea loca adierunt. Testatur S. Hier. sua etate, in Galiliæ viculum fuisse contra Legionem, in quindodecimo eius milliario ad Orientalem plagam, iuxta montem Thabor, nomine *Nazara*.

NEAPOLIS, S. Hier. in libro de locis ac in cap. 6. Osee, & in Epitaphio Paulæ, qui eam cum *Sichar* vel *Sichem*, Ioan. 4. v. 5. planè confundit; ac si *Sichar* reedificata, *Neapolis*, seu *nova civitas* dicta sit. Adrichom. eam à *Sichem* paululum seungit. Vide *Sichem*.

NEAPOLIS, Act. 16. v. 11. urbs Macedoniæ, Thraciæ finitima, ac maritima.

NEBO, Deut. 34. v. 1. Vide notam ad *Mons Nebo*.

NEBO, Num. 32. v. 3. Vide *Nabo*.

NEBSAN, Iosue 15. v. 62. urbs in tribu Iuda.

NECEB, Iosue 19. v. 33. urbs in terminis Aquilonaribus tribus Nephthali. Eadem, quæ *Adami*.

NEGEB, vel NAGEB, LXX. Iosue 10. v. 40. & cap. 11. v. 16. & Ierem. 33. v. 13. pro quo nosser interpretis appellativè *Austrum*, & *Meridiem* transtulit; adeo ut eadem plaga Australis, apud Hebræos vocetur *Nageb*, *Theman*, & *Daroma*.

NEHELA, Ierem. 29. v. 24. ponitur vox patronymica *Nehelamites*. Ubi sit, non liquet. S. Hier. confundens *Nehela* cum *Neela* vel *Neila*, reponit in regione Batanæa.

NEHELESCOL, Num. 13. v. 25. quod significat *torrentem* vel *vallem botri*, ut latinis vocibus effertur, Num. 13. v. 24. & Num. 32. v. 9. & Deut. 1. v. 24. Hunc locum fuisse in tribu Dan, ponit Adrichom. S. Hier. in Epitaphio Paulæ, in tribu Iuda.

NEHIEL, Iosue 19. v. 27. urbs in tribu Afer.

NEMRA, Num. 32. v. 3. quæ eodem cap. v. 36. & Iosue 13. v. 27. sub nomine *Bethnemra* discretè ponitur in tribu Gad. Vide *Bethnemra*.

NEMRIM, erant aquæ, quarum sit mentio Isaiæ 15. v. 6. & Ierem. 48. v. 34. ac in terra Moab collocantur. Etate S. Hier. erat vicus nomine *Benamerium* ad Septentrionem plagam Zoaræ.

NEMUS IABES, 1. Reg. 31. v. 13. in quo cives huius urbis, Saulis filiorumque eius corpora sepelierunt.

NEPHATHDOR, 3. Reg. 4. v. 11. Vide supra *Dor*.

NEPHI, 2. Mach. 1. v. 36. Vide *Nephthar*.

NEPHTHALI, tribus una ad superiorem Iordanis ripam sita. Hanc descripsit Iosue 19. v. 32. & seqq. Regio erat, quæ oleo & frumento quàm maximè affluebat; protendebatur autem in superiorem & inferiorem Galiliæam; Iordanis ei erat Orientalis; tribus Afer Occidentalis; Septentrionalis Libanus; & tribus Zabulon Meridionalis.

NEPHTHALI, Tob. 1. v. 1. civitas natalis Tobiæ in tribu *Nephthali*.

NEPH-

NEPHTHAR, 2. Mach. 1. v. 36. locus, in quo à Sacerdotibus Babylonem transmigrantibus, absconditus est ignis facer. *Nephthar* autem idem est quod *purificatio*; eodem quippe cap. eiusdem libri v. 33. fit mentio purificationis, & significatio nominis *Nephthar* adfertur illic v. 36.

NEPHTOA, Iosue 15. v. 9. & cap. 18. v. 15. fons aquæ ad Occidentem urbis Ierusalem, ultra vallem Raphaim, in confinio duarum tribuum Iudæ & Benjamin. Nomen hoc ab aperiendo sumptum est, quasi dicas *apertionem* *פתח*; *Patach* enim est *aperire*.

NERGEL, 4. Reg. 17. v. 30. propriè non est nomen loci, sed idoli.

NESIB, Iosue 15. v. 43. urbs in tribu Iuda, quam D. Hier. Hebronem versus, novem milliariibus ab Eleutheropoli locat.

NETOPHATHI, vel NETOPHATI, 1. Paral. 2. v. 54. & cap. 9. v. 16. & Ierem. 40. v. 8. quantum colligi potest, urbs in tribu Iuda; siquidem sub nomine *Netupha* cum uribus tribus Iuda semel atque iterum in libris Esdræ occurrit. Eadem etiam quæ *Nethuphati*.

NETUPHA, 1. Esdræ 2. v. 22. Vide *Netophathi*.

NETHUPHATI, 2. Esdræ 12. v. 28. & 2. Esdræ 7. v. 26. Vide *Netophathi*.

NICOPOLIS, S. Hier. passim in libro de locis Heb. *Emaus* à Romanis in civitatem edificatam, Nicopolim appellat.

NICOPOLIS, ad Titum 3. v. 12. extra Palestinam urbs in Epiro; in portu Actiæ ab Augusto edificata, ut monumentum existeret Actiæ vicinæ.

NILUS, Isai. 23. v. 3. nominatissimus totius Africæ fluvius, qui ex montibus ortus, totam interluit Æthiopiæ; inde in Ægyptum rediens, in mare Mediterraneum aliquot, hoc est, sex septemve ostiis, effunditur.

NINIVE, Gen. 10. v. 11. fuit amplissima Assyriorum civitas, eademque imperii caput regumque sedes, quam diu steterit Assyriorum Monarchia. Sub Iosia rege eam esse everfam, testis est S. Hier. præfat. in Ionam. Extracta autem primitus fuit à Nino, qui & Assur, Beli, seu Nemrodus filius, à quo & nomen sortita est. Magna fuit, ut testatur Ionas cap. 3. v. 3. trium dierum itineris.

NOA, Iosue 19. v. 13. Vide LXX.

NOB, 2. Esdræ 11. v. 32. Vide *Nobe*.

NOBE, 1. Reg. 22. v. 19. urbs Sacerdotalis in tribu Benjamin. Cum autem ipsa nec Iosue 21. neque 1. Paralip. 6. inter civitates Sacerdotales recensetur, debuit postmodum is adici; idque factum esse ex occasione eò translatis Tabernaculi Fœderis, est verisimile. Stetit in hac urbe Tabernaculum Fœderis, quousque, cæsis Sacerdotibus, à Saule penitus est everfa.

NOBE, Num. 32. v. 42. & Iudic. 8. v. 11. civitas in dimidia tribu Manasse trans-Iordanina. Cur autem sic vocata sit, loco priori supra citato, indicatur. Scribitur Hebraicè hæc *נבה* *Nobach*; superior verò *נבה* *Nobe* vel *Nob*.

NODAB, 1. Paral. 5. v. 19. Vide LXX. Videntur fuisse populi. Vide *Naphis*.

NOPHE, Num. 21. v. 30. Moabitatum prius civitas, postmodum Amorrhæorum, quæ si post introitum Israël in terram Chanaan steterit, indubiè in tribu Ruben fuit.

NOPHETH, Iosue 17. v. 11. urbs, cuius tertia pars dicitur fuisse in dimidia tribu Manasse cis-Iordanina; unde fuit in duarum tribuum confinio, verisimilius in tribu Manasse & Zabulon.

NORAN, 1. Paral. 7. v. 28. urbs in tribu Ephraim, ad Orientem Bethel.

## O

OBEUEDOM DOMUS, 2. Reg. 6. v. 10.

OBOETH, Num. 21. v. 10. & cap. 33. v. 43. & 44. mansio filiorum Israël in deserto.

OCHO, S. Hier. in locis; civitas Sacerdotalis, non distincta ab ea, quæ 1. Paral. 6. v. 58. *Helon*, & Iosue 15. v. 51. *Olon*, & cap. 21. v. 15. *Helon*, appellatur.

ODOLLAM, 1. Reg. 22. v. 1. Vide *Adollam*.

OLON, Iosue 15. v. 51. civitas in tribu Iuda; eadem cum

*Helon & Holon*. Vide *Ocho*.

ON, LXX. Exod. 1. v. 11. urbis, quas dicuntur filii Israël edificasse in Ægypto, addunt, *On, quæ dicitur Heliopolis*. Sed alii, ubicumque in textu occurrit *On*, simpliciter transtulerunt *Heliopolim*. Vide *Heliopolis*.

ON, LXX. numquam eam vocem, ubi occurrit in Hebræo, retinent simpliciter sine addito: sic Osee 10. v. 8. ponunt *altaria On*, pro quo nosser Interpres appellativè ponit, *excelsa idoli*. Item, Amos 1. v. 5. ponunt *in campo On*, & nosser Interpres, *de campo Idoli*. Cum *On*, *iniquitatem*, *mendacium*, & *idolum* significet, non apparet ad nomina propria locorum spectare.

ONO, 1. Paral. 8. v. 12. & 1. Esdræ 2. v. 33. & 2. Esdræ 7. v. 37. & cap. 11. v. 35. urbs in tribu Benjamin.

OOLI, LXX. Iosue 19. v. 25. in sincerioribus Codicibus *oolai*, pro quo in nostra versione *Chali* habetur. Ita Bonfr. Est civitas in tribu Afer.

OPHAZ, Ierem. 10. v. 9. Chaldaicus paraphrastes ponit eo loco *Ophir*. Vide *Ophir*.

OPHEL, 2. Paral. 27. v. 3. teste Hier. ad Isaiæ 32. v. 14. ubi in nostra versione est, *tenebra & palatio*, in Hebræo est *עפל* *Ophel* & *בחה* *Bachan*. Fuit locus depressus, ad Orientem templi & montis Moria, in coque habitaverunt Nathinæ, seu Gabaoitæ, qui templo serviebant, ut habes 2. Esdræ 3. v. 26. Propterea, quod hæc vox in sua significatione involvat *caliginem*, hinc aliqui *Ophel*, *arcem*; vel, *locum excelsum*; vel, *turrim*, cuius altitudinem contemplando oculi caligant, significare volunt: Bonfr. autem indifferens esse arbitratur, unde illa caligo proveniat, sive ex alto contemplando depressam declivitatem, sive ex imo extraordinariam altitudinem.

OPHER, Iosue 12. v. 17. urbs in tribu Zabulon, iuxta Sephorim, seu Diocæsaream, ut testatur S. Hier. proœmio in Ionam.

OPHERA, Iosue 18. v. 23. urbs in tribu Benjamin.

OPHIR, 3. Reg. 9. v. 28. & sæpius. Ieremias pro *Ophir* cap. 10. v. 9. legit *Ophaz*. Ubinam gentium sit, etiamnum disputatur inter diligentiores. Alii Sophalam in Africa; alii Taprobanam insulam in Asia; alii Peruviam in America, volunt. Ita Nicol. Sanson. Sunt tamen etiam qui Somatram, è regione Malacæ insulam malunt.

OPHNI, Iosue 18. v. 24. in tribu Benjamin, ac in confinio tribus Ephraim. Fuit urbs illustris, ac ævo posteriori toparchia, cuius meminit Iosephus sæpius sub nomine *Sophna* vel *Suphna*. Putat autem Bonfr. eandem esse urbem, scriptam Hebraicè in initio per *y*, quod etiam per *g* verti potest.

OREB, Isai. 10. v. 26. Vide *Petra Oreb*.

ORECH, LXX. Gen. 10. v. 10. Vide *Arach*.

ORNAN AREA, 2. Paral. 3. v. 1. Vide *Area Ornan* supra.

ORONAIM, Isai. 15. v. 5. & Ierem. 48. v. 3. & alibi; urbs Moabitatum.

ORORI, 2. Reg. 23. v. 33. ignotus locus.

ORTHOSIAS, 1. Machab. 15. v. 37. urbs Syriæ inter Bybliim & Aradium.

OZENSARA, 1. Paral. 7. v. 24. urbs in tribu Ephraim, utpote quam Sara Ephraimitis mulier edificavit, à qua & urbs nomen accepit. Significat vocabulum *Ozenfara*, *audium* vel *auriculam Sara*.

## P

PALÆSTINA, Gen. 21. v. 33. & frequentius terra Palæstinorum occurrit. Nomen terræ Palæstinorum restrictius sumitur in Script. pro regione & gente ad mare, quos item Philisthim, Philisthæos, & Philistinos versio nostra appellat. Verum apud auctores prophanos, nomine *Palæstina* etiam tota Iudæa intelligitur. Bonfr.

PALMA, Iudic. 4. v. 5. sub qua Debbora prophetissa iudicabat Israël. Sita erat *inter Rama & Bethel* in monte Ephraim, ut asserit Script. atque adeo in confinio tribus Benjamin & Ephraim.

PALMIRA, 3. Reg. 9. v. 18. urbs à Salomone edificata in deserto Syriæ. Hebraicè dicitur *תרמור* *Thadmor*. Apud S.